



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Hilaria, siue Evphronae
Pantheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1422

XX. Ad Carolum Rechlingerum C. VV. F. Patr. Aug.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12386

XVII.

Ad Iacobum Monauium,

E Menandro.

*Multa capit venter: capit idem pauca MONA-
Quod satis est, venter qui capit, ille valet. (VI:*

XIIX.

Ad Genium. Dialogus.

*Dine GENI, quæ fers hilaris mihi dona? papauer,
Et spicas hilaris dona, botrosque fero.
Cur tria dona feram? sunt vitæ symbola vestræ
Hæc tria: quos sopor, & potus, & esca iuuat.
Te fas ergo, GENI, somno placare vicissim,
Et vino, simul & sit mihi queso cibo.*

XIX.

Io. Baptistæ Cratoni, Io. F.

Ex Pythagora.

*Sit potus, somni que tibi mensura, cibi que,
Iusta CRATO: sis ut corpore sanus homo.*

XX.

Ad Carolum Rechlinge-

rum C. VV. F. Patr. Aug.

*Plus obsunt homini, quàm profunt, CAROLE,
Cupediæ ciborum. (sano
Quippe voluptatis fines dum longius usu
Sic promouent: subinde*

Corrumpunt

Corrumpunt, vitiantque, quod utile, quodque
Sic quisquis esse sanus (lubre est)
Postulat: is caueat semper cupes esse: malignus
Mage, quam sibi benignus.

XXI.

Ad Paulum Hesium Med.

Potus, & esca boni sunt pabula corporis: atque

Pabula sunt eadem corporis, HESSE, malum.

Cur ita? nam vitij simul hæc alimenta ministrant

Corporis: & membris dant alimenta suis.

Potus, & esca iuuant, si sunt moderata: malignum

Ne patiare famem, neu patiare sitim.

Potus, & esca nocent velut immoderata, malignum

Si patiare famem, vel patiare sitim:

Ant si, PAVLE, bibas, vel edas, moderantur

Ante famem, succi plenus, & ante sitim.

XXII.

Ad Petrum Monauium

Medicum Cæs.

Qui valet, hic diues satis est: nec copia quicquam

Regalis maius, PETRE, quod addat, habet.

XXIII.

Ad Bonam Valetudinem.

Sancte VALETUDO, vitæ thesaure: inuenta

Cui comes est: fectum hoc Dina benigna capere